

Die Alpen als Forschungsobjekt

Josias Simlers *De Alpibus commentarius*

Ausgaben des *Commentarius*

Vallesiae descriptio, libri duo. De Alpibus commentarius, Iosia Simlero auctore. ... Tiguri excudebat Ch. Froschoverus. 1574

Iosiae Simleri Vallesiae et Alpium descriptio, Lugduni Batavorum, ex officina Elzeviriana. 1633

Iosiae Simleri Vallesiae descriptio, libri duo. Iosiae Simleri commentarius de Alpibus, in: Thesaurus historiae Helveticae ..., Tiguri, literis Conrad Orelli et sociorum. MDCCXXXV

William August Brevoort Coolidge, Josias Simler et les origines de l'alpinisme jusqu'en 1600, Grenoble 1904 (Ausgabe, französische Übersetzung, Anmerkungen)

Alfred Steinitzer / Gesellschaft alpiner Bücherfreunde, Josias Simler: De Alpibus commentarius. Die Alpen, München 1931 (nur deutsche Übersetzung und Anmerkungen, reich illustriert)

Inhalt

[Praefatio]

[1.] Alpium nomen unde deductum sit et quibus montibus proprie tribuatur – [2.] Alpium longitudo et latitudo atque altitudo – [3.] Sillii Italici descriptio Alpium eiusque brevis explicatio – [4.] Quinam primum Alpes transierint – [5.] De itinere Annibalis per Alpes

[6.] Alpium celebriora itinera, ac primum per Maritimas Alpes – [7.] De Alpibus Cottis – [8.] De Graiis Alpibus – [9.] De Penninis Alpibus – [10.] De summis Alpibus – [11.] De Lepontiis Alpibus – [12.] De Rhaeticis Alpibus – [13.] De Alpibus Iuliis et Carnicis

[14.] De itinerum Alpinorum difficultatibus et periculis et quomodo haec superari possint – [15.] De gentibus Alpinis – [16.] De Alpinis aquis – [17.] De crystallo et item de metallis – [18.] De arboribus Alpinis – [19.] De Alpinis fruticibus et herbis – [20.] De animalibus Alpinis

Textbeispiele (Zitate nach der *editio princeps*)

T1 (Kap. 6, Bl. 86^r)

Praeterea multa Alpium nomina in veterum monumentis occurrunt, quae indicant multas quoque Alpium partes fuisse, per quas itinera patuere: Nam Maritimae, Cottiae, Graiae, Penninae, Summae, Lepontiae, Rheticae, Tridentinae, Iuliae, Venetae, Carnicae et Noricae Alpes commemorant<ur>. De his igitur ordine scribemus initio a Maritimis sumpto. Alpes Maritimae proximae sunt mari Ligustico, atque inhabitantur a Liguribus comatis, ut Dion scribit, ideoque Ligurum aut Ligusticae Alpes etiam nominantur; meminere harum Dion, Tacitus, Ptolemaeus et alii.

T2 (Praefatio, Bl. 65^v)

Nobis ... fatendum est magna contemplatione montes excelsos dignissimos esse. Quocunque enim te vertas, multa in omnes sensus occurrunt, quae animum nostrum excitent et delectent. Ipsa primum immensa moles in tantam altitudinem accumulata, quae tot seculis durat neque unquam subsidit aut absconditur – quis enim non miretur, quibus fundamentis tanta moles nitatur aut in quem usum altissima haec cacumina natura extulerit?

T3 (Kap. 2, Bl. 72^r)

... estque iucundissimum spectaculum ex alto monte contemplari solem paulatim orientem.

T4 (Vallesiae descriptio, praefatio, [S. 9])

Quoniam vero tota Helvetia Alpina regio est et huiusmodi naturae miraculis plena, nolui haec in Vallesiae descriptione tractare, sed peculiare commentariolum de Alpibus festinata opera confeci, in quo multa de Alpinis itineribus ad explicanda veterum loca congessi et quae maxime memoratu digna videbantur in Alpibus adnotavi.